



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

27 Feb. 3 Kal. Mart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

226 ANNI CÆLESTIS

S. Victor? qui inediâ, & orando fessus, per quietem, in cælo aperto, vidisti Crucem Domini, aureo splendore, ac lapidibus pretiosis, utrinque illustrem, vocemque audiisti: Hæc quæ cernis, animæ sunt Sanctorum, qui pro Christo Domino stolas suas in Sanguine Agni laverunt: qui Orationem Dominicam in cælo cantari audisti, Angelis accinentibus: Sed libera nos à malo. Non habent illi malum, à quo liberentur, nec tu; sed me orare docent. Impetra mihi spiritum ita orandi, atquè si artem orandi ab Angelis, & à Sanctis omnibus, dicissem.

OMNES SANCTI, &c.  
pag. 44.

S. MARIA, in cuius honorem Philippus Augustus Gallia Rex Iudeos, captales hostes tuos, toto regno suo hodie exturbari mandavit. Da id precibus meis, Regina augustissima, ne ultimum ego hostem tuum, vel momento uno, habitare patiar in animâ meâ!

27 Feb. 3 Kal. Mart.

S. Athanasia, S. Andronici sancta conjux, cuius duos filios, cælo receptos, vidit S. Julianus Martyr.  
O sim.

O sim et ego filius tuus, quem cælo  
receptum video! Juva ergo me,  
jacentem in morte, ante portas æ-  
ternitatis, ut illæ mihi aperiantur  
feliciter; siisque illæc, unâ cum fi-  
liis tuis, & tecum, inter filios Dei.  
Amen

Sancti Alexander, Abundi, Anti-  
gone, & Fortunatus, M M.

S. Julianæ, qui dum podagricus  
à duobus famulis in sellâ gestareris,  
cum famulorum altero in camelis  
circumductus, post flagra comb-  
ustus es.

S. Besa miles, pro Christo, &  
Martyrum defensione, capite plexe.

S. Leander Ep. Visigothorum  
Apostole.

Sancti Basili, & Procopi, strenui  
sanctorum imaginum defensores.

S. Baldomere, cuius sepulchrum  
miraculis illustratur: qui cum fa-  
brum ferrarium ageres, ipsa etiam  
artis tuæ instrumenta dispersisti,  
& dedisti pauperibus: cuius, ad o-  
peris cuiusvis principium, & alias,  
perpetua vox erat: *In Nomine Domini!* *Deo gratias semper!* stupendis  
post mortem, ad omnes morbos  
pellendos, miraculis celebratissi-  
mo.

S. Thalelæe, qui miraculis, ac  
N 6 tui

228 ANNI CÆLESTIS

tui afflictione celebris, in cistâ, è  
duobus asperibus rotisque compa-  
ctâ, inclusus, per decem annos la-  
tuisti; ad æterna, ut ajebas, tor-  
menta, hisce minoribus corporis  
cruciatibus, redimenda.

B. Joannes, qui puellæ, sub  
mundo muliebri, cilicum gestan-  
tis, exemplo exarsisti, & religiosam,  
asperamque vitam complexus, è  
cælo tibi dici audisti: *Sustollam u  
super altitudines terræ, & cibabo tu  
hereditate Patris tui.* qui extra festa  
quotidie jejunabas, pane frigidâ-  
que contentus. Ora pro me, ut  
grave hoc meum cor sustollat Deus  
super altitudines terræ, ac doceat  
totum pendere è cælo, à corde  
suo.

OMNES SANCTI, &c.  
pag. 44.

S. MARIA, cuius imago à S. Gre-  
gorio Pontifice, hodierno S. Leandro  
ægro, pro morbi levamento missa, nunc  
in Hispaniâ Guadalupæ mirabilia ope-  
ratur. Doce me in imaginibus tuis  
te sancte revereri, &, miraculorum  
loco, id, quod ad salutem mihi maximè  
necessarium est, impetrare!

28 Feb.